REGIA MATRITENSIS ACADEMIA

Ad meliorem Rei Medicæ cultum & frugem instituta,

LECTURIS SALUTEM.

CUM nihil promovendis, perficiendisque Disciplinis, maximè Physicis, perinde opportunum intelligatur, ac Viros illarum & studio & peritiâ nobiles, Societatis alicujus communione devinctos, collatis consiliis, experimentis, lucubrationibus ad unius doctrinæ metam contendere: Cl. Virum Josephum Pavòn, in ~~rei~~ herbariæ peritissimum rerum Physicarum scientiâ atque exercitatione præcellentem, eumque, ut de communi Facultatis Nostræ bono, ac publicâ Salute egregiè sollicitum, ita *Matritensis Academiæ* labores sociâ, qua valet, operâ adjuvandi percupidum, in Sodalium Nostrorum ordinem adscribendum frequenti consessu decrevimus. Cujus quidem rei testes hasce Litteras Sigillo nostro munitas dari placuit. Matriti Die 30 Mensis Octobris Anno M.DCC.XCIV.

Antonius Franseri M.D. Pro-Præses

Salvator Ximenez Coronado Commiss.

Antonius Mendoza Chirurgicæ Censor

Michael Barnades Pro-Secret.

Petrus Gutierrez Bueno rei Pharmaceuticæ Censor